



Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

Thomas <von Kempen>

Dvací, 1625

Sæpius communicare maxima est consolatio animæ religiosæ. XXXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45790)

35. *Cur non suscipimus uberem fructum ex frequenti communione.*

Timendum, quod multi ideo fructum paruum accipiunt de mensa Christi; quia nec antea nec postea sunt in sufficienti custodia sui, nec satis reuerenter præcogitant, quis est qui venturus est, nec postea ruminant, quia hodie sanctus sanctorum ingressus est ad eos. Qui autem soliti sunt præparare interiorum domum suam, & occurtere latanter obuiam Christo, ipsi noverunt, quid efficacia & suavitatis habeat haec sacro-sancta communio. In hoc agnoscitur vniuersusque deuotio & amor ad Christum, secundum quod ingeniosè se aptare curauerit ad susceptionem eius.

36. *Sepius communicare, maxima est consolatio anima religiosa.*

Es namque maxima consolatio religiose animæ, despiciens iam cuncta præsentia, diligenter solitariè & extra homines vivere, soli Deo & sibi in silentio intentius vacare, ut Christū consolatorem animarum omnium, saepius ad suam sumat consolationem & profectum. Non est illi materia externæ letitiae, non ægra spes longioris vita, non vana occupatio amicitiae carnis, non euagatio ambulationis corporalis, non implicatio commodi temporalis, non superflua solicitude rei familiaris, non magna fiducia in prosperis, non mentis delectio in aduersis; sed habet intus in anima Christum, propter quem omnia terrena solatia estimat detrimenta, loquens cum beatissima Agatha: Mens mea solidata est, & in Christo fundata, ideo non curio haec imma. Tantum mihi consortium suum Christus donet, amicabiliterque confabuletur, & satis dulciter consolabor. Excedunt quippe eius colloquia omnium consolatorum verba.

37. *Diabolus nititur impedire deuotionem hominis ad Deum, tristitia & acedia.*

Sed omnium bonorum emulator diabolus, tantam considerans hominis cum Deo passionem, non patitur eum sine mortalia temptatione, in sancto proposito consistere. Curandum ergo summopere est, & vigilandum contra nequitias eius. Nam saepe graui tristitia, sepe tedium affigit bene conuersantem; & cuncta, quæ possunt eum angustiare, ad memoriam dicit. Tota vacatio eius est, ut eiiciat amatorem quietis & silentij de tabernaculo suo. Igitur enim specialiter vitiis, tristitia & acedia (ex quibus quasi semper oritur cor dis tedium) persequitur solitarium, & maximè incipientem, & naturaliter tristem aut pasillanimem, quia per ista, homini quodammodo vires aufert. Sed quisquis firmiter in Deo confidit, eiusque amori nihil anteponit; sed mundū, & omnia quæ mundi sunt, calcare appetit, scipsumque volenti anno,